



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ab. 52. j

13

I. N. J.
DISPUTATIO XIII.
**SELECTARUM
THESIUM
JURIS CERTI & CON-
TROVERSI**

Ex Tit. J. d. Hæreditat: quæ ab intest. def.
& seqq. usq; ad Tit. d. Succ. sublat: iisque
Titulis π. C. Just: Theod: βασιλικ.
& ῥ. respondentibus.

Quam
PRÆSIDE
**JOHANNNE CHRISTO-
PHORO Volk/**
J. U. D. & P. P.

DANIEL ERASMI, Jun.
Regiom. Prusf.
RESPONDENS
publicè defendet

IN AUDITORIO MAJORI
A. cl. l. c. LXXXI.

REGIOMONTI.
PRÆLO REUSNERIANO.

VIRIS
NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
CONSULTISSIMIS
INCLYTÆ REIP. LOEBN. REGIOM.
MERITISSIMIS PATRIBUS,
DOMINIS,
DN. CONSULI,
PRO-CONSULI, SENA-
TORIBUS ET SECRE-
TARIO,
DOMINIS, EVERGETIS ET PA-
TRONIS SUI SUSPICIENDIS,
VENERANDIS

Disputationem hanc
debitæ observantiæ & gratitudinis
monumentum

devotè nuncupat

DANIEL ERASMI,
Jun.



Libri 3. Tit. 13. prioribus j. respondent in π. Lib. 37. tredecim Tituli Lib. 38. Tit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 16. 17. in C. Just: Lib. VI. Tit. 4. 5. 9. 11. 12. & seqq. usq; ad 20. inclusivè. nec non d. L. VI. Tit. 55. 56. 57. 58. & 59. Lib. 7. T. 24. In Cod: Theod: Lib. 5. Tit. 1. Lib. 4. Tit. 1. 2. & 3. in Libb. βασιλικων Lib. 40. Tit. 1. & seqq. usq; ad 5. Lib. 41. T. 7. Lib. 45. Tit. 1. 2. 3. 4. 5. In ῥ Lib. III. Tit. 17.

II. Continetur in his Titulis (1.) alterum Successionis membrum solâ Lege delatæ t. t. j. d. Hereditat: quæ ab Intestat. defer: t. t. j. d. Legitima Agnatorum Succ: d. SCTo Orfic. d. SC. Tertyllian. usq; ad Tit. 9. exclusivè t. t. π. & C. Just: d. Suis & Legitimis Hered. t. t. C. J. ad SC. Tertyll: t. t. π. Ad SC. Tertyll: & Orfician: t. t. C. J. d. SC. Orfic: t. t. C. J. d. Legit: Hered: t. t. C. Justin: Comm: d. Succesf. t. t. C. Theod. d. Legitimis Hereditatibus t. t. Libb: βασιλ. d. B. P. t. t. ῥ. d. Successionibus ab Intestatô t. t. βασιλ. d. Bonis maternis t. t. βασιλ. de gradibus Cognatorum & adfinium & nominibus eorum. (2.) Secundus modus acquirendi per Universalitatem nempe Bonorum Possessio t. t. j. d. B. P. t. t. π. eod. t. t. C. Tb: d. Cretione vel Bonorum possessione. t. t. βασιλ. Actio s. B. P. quam Lex dat Cognatis vel Edictalis seu ordinaria t. t. π. Si tabule Testamenti extabunt t. t. d. B. P. Furios. t. t. π. & C. J. nec non βασιλ. d. B. P. cont: tabb: t. t. π. d. Leg. præstand: cont: tabb: d. Collat: Bonorum d. Collat: Dot: d. Conjung: cum Emanc: d. B. P. ex Test: mil: t. t. C. Just: Qui adm: ad B. P. poss. d. B. P. cont: tabb: Liberti quæ Patronis Liberisq; eorum datur d. Repudiand: B. P. d. Collat: d. Succesf. Edict: t. t. βασιλ. de Bonorum possessione furioso, infanti, muto, surdo, ceco competente t. t. βασιλ. d. Conjung cum emancipato filiô ejus t. t. βασιλ. d. Collat: Bonor: t. t. π. & C. J. d. B. P. secund. tabb: t. t. π. Si tabb: Testam. null. ext. und. t. t. π. Unde Legitimi t. t. π. Unde Cognati t. t. C. Just. & Theod. Unde Liberi t. t. C. J. Unde Legitimi & Cognati t. t. C. J. Unde Vir & Uxor t. t. βασιλ. Actio seu Bonorum possessio per quam Vir & Uxor, si Cognati non sint, sibi invicem succedunt vel Decretalis t. t. π. C. J. Tb: & βασιλ. d. Carboniano Edicto t. t. π. d. Vent: in poss. mitt. In prædictô modô specialia quoq; quædam de Libertis notantur t. t. j. d.

Adsign: Lib. t. t. π. d. Bon. Libert: t. t. π. d. Libertis municipum t. t. π. d. Assign: Lib. t. t. π. Siquid in fraud: patr: fact: t. t. C. J. d. Bon. Lib. & Jur. Patr. t. t. C. J. Si in fraud: Patr. al. fact: (3.) Tertius modus acquirendi per Universitatem, qui est Arrogatio t. t. j. d. Acqv: per Arrogationem. (4.) modus qui est Addictio bonorum Libertatum conservandarum causa t. t. j. d. eō cu. lib. conserv. cau. bon. addic: (5.) Modi sublati quoq; continentur nempe Bonorum Venditio & ex SC. Claud. t. t. j. d. Succ. subl. t. t. C. J. d. SC. Claud. tol.

III. Successio *Legitima* contradistinguitur *Testamentaria*, quæ duæ species perpetuo in jure sibi opponuntur. Non quod illa minus legitima sit, sed quia non ex Legis sed hominis dispositione confertur, quæ in hac omninò cessat. Vocatur etiam iusta l. 3. §. 2. π. *prò Soc:* ut iustæ nuptiæ *pr. j. d. Nupt.* justus filius l. 2. d. *Adopt.* justum pactum l. *Stichum* 95. §. *naturalis* π. d. *Solut:* iusta ætas l. *cum filiofam:* 50. §. 6. *in fin.* π. d. *Leg. III.* quanquam utraq; species, quatenus legibus approbatur, possit æque dici iusta & legitima, per excellentiam tamen hereditas illa, quæ ab Intestatò defertur hoc nomen meruit, estque *Jus acquirendi hereditatem solo Legis beneficio delatam:* quamdiu enim Successor ex Testamento speratur, hæc Successio ex Lege nullum habet locum, sed tum demum obtinet, quando Successor ex Testamento deficit, nè quis partim testatus, partim intestatus decessisse videatur l. 7. π. d. *R. J.* Sic ait Lex XII. *Tabb: Paterfam: uti legasset super pecunia tutelavè rei sue, ita jus esto. At si intestatus moritur, cui suus nec extabit heres, agnatus proximus familiam habeto;* quæ verba perspicuè demonstrant primum & potissimum jus suorum heredum esse, ut eleganter scribit Tryphoninus in l. *pen: D. d: bon: Lib:* omnia quæ nostra sunt liberis nostris ex votò paramus. Fluxit itaq; Suorum appellatio ex L. XII. *Tabb: l. ult. D. d. Bon: Damn:* Suorum autem & Legitimorum appellatio nomen prætorium est. Nam liberos Prætor alios facit suos, alios legitimos, alios nec suos nec legitimos t. t. C. d. *Su. & Legit:* Sui Liberi sunt, strictè & propriè, qui in testatoris familia proximum ab eò gradum obtinent, hoc est filius filiavefam: tantum §. 2. j. d. *hered: qualit.* Legitimi Liberi sunt strictè & propriè, qui in testatoris quidem familiâ sunt, sed non primum ab eò gradum obtinent: sed tamen Imp: beneficio inter suos numerantur nim: Nepotes ex filiâ l. *ult. C. d. Leg. Her. l. 2. 3. C. d. Su. & Leg.* Hoc ipsò vero excluduntur emancipati, non enim sunt Sui, quia in Patris desierunt

desierunt esse potestate: nec agnati, quia capite minuti familiam mutaverunt *l. 7. d. cap. min: l. 5. Unde Cogn: Prætor demum æquitate naturalis motus §. 9. j. d. Succ. qv. ab Intest: cum non sit sui ita filii emancipati esse desinerent arg. §. 3. j. d. Leg. Agn: tur: datâ bonorum possessione Unde Liberi l. 6. §. 6. d. B. P. illos admittit perinde ac si in potestate Patris permansissent, non quidem eò modo ut suos & necessarios; hi enim ipsò jure heredes existunt, etiam ignorantes, nec opus habent aditione §. 3. j. d. Succ: qv. ab Intest: §. 2. j. d. her: qual: l. 14. d. Su. & Leg. l. 7. d. mil: Testam: Sed acceptâ b. p. quam si nolint, à Prætoribus quoq; non petent *l. 5. C. d. Condit. instit: vel si intra annum non petierint, etiamsi postmodo velint, non admittentur. Prætor enim ut nec restituere agnationem semel ablatam, ita nec heredem, sed bonorum saltem possessorem & quidem intra annum facere potest pr. j. d. B. P. quod exactè docet Franzk. Ex. 8. q. 1.**

IV. Successio ratione formæ & originis potissimum dividitur in *puram*, quæ est meri Juris C. vel veteris, vel novi, vel novissimi. Veteris Juris Successionem L. XII. Tab. introduxit. Novi juris vocatur, quæ quidem L. XII. Tab. junior, Imperiali autem dispositione anterior est *§. ceterum 3. j. d. Legit. Agn. Succ.* Novissimi juris est, quam Imperator Justinianus Constitutione sua expressit *N. 118. l. pen. & ult. C. d. Leg. Her. vel meri juris Prætorii quæ contingit per B. P. pr. j. d. B. P. l. 6. §. 1. eod. & in mixtam*, quæ ex utròque simul constat ex jure nempe C. & Prætorio, revocatorio, correctorio, abrogatorio vel derogatorio, ex ordinibus succedendi pluribus vel paucioribus. Aliquando Sui excludebant Emancipatos, masculi feminas, filii nepotes, Agnati Cognatos. Alio jure hoc mutatum, ut filia in potestate constitutæ æqualiter cum fratribus succedant *pr. & §. 1. j. d. SC. Orfic. & nepotes ex filiabus unâ cum nepotibus ex filiis admittantur, sed cum deminutione tertiæ partis §. 15. j. d. 1. ut adeo tota hæc materia perplexa & intricata non facile comprehendere possit, si non Justinianus hæc omnia in meliorem redigisset ordinem, cujus Nos vestigia legentes *primum* ordinem descendendum sive Liberos constituimus ex *N. 118. in fin. pref. quorū alii sunt Legitimi, alii Illegitimi. Legitimi & naturales simul primi gradus etiâ posthumi §. 2. & §. 8. d. 1. j. d. hered. qv. ab Intest. nec non excepti l. si pregnantem fin. π. d. Collat. bon. sublatâ differentiâ Sexus §. 15. j. d. 1. Sui tatis & Emancipationis Auth. in Successionem C. d. S. & L. l. quæcumq; 4. C. d. bon. q. lib. graduum §. 6. & 15. j. d. ut cujuscunq; gradus liberi sint, in omnia parentum bona æqualiter succedant vel in**



capita vel in stirpes. In capita, ubi fiunt tot partes, quot sunt capita & personæ, quod toties fit, quoties qui succedunt æqualiter natura & citra repræsentationem conjuncti sunt. In stirpes succedunt, qui succedunt ex alia persona & alterius jure, in cujus locum successerunt, ut submoto primò gradu filio, qui ex eò nati sunt in ejus locum succedant, quod etiam in ulterioribus gradibus obtinet. In hoc enim ordine non quaeritur gradus: ut ait Justin. *in d. N. c. 1.* quod duobus exemplis illustrat Justin. quæ etiam reperiuntur apud *Cajum 2. j. 8. d. Intest. Succ. §. 2. & Ulp. tit. 26. §. 1.* ubi mixta est Successio, ubi in Successione avi, filii & ex filio prædefuncto nepotes, in Successione avi concurrunt: Et qui primò gradu sunt singuli tantum capiunt, quantum plures nepotes ex prædefuncto filio. Alterum exemplum est ubi Successio tantum est in stirpes, veluti si Nepotes ex duobus filiis concurrant, ex alterò pauciores ex alterò plures: & hereditas itidem non dividitur in capita, sed duas æquales partes, ita ut pauciores tantum ferant, quantum plures. In hoc quidem casu cum sint æquales gradu, videri possit ait *Bachov. in Comm. ad §. Cum filius filiae j. d. t.* eos succedere posse ex propriis personis cum nemo sit prior gradu, per quem excludantur, ut nihil sit necessarium eos uti jure repræsentationis. Sed postquam semel ita jus constitutum fuit, ut ubi de Successione Ascendentium agitur, liberi in locum parentum suorum succedant, non debuit hoc jus ex accidenti variari, quod Nepotes ex pluribus filiis inter se concurrunt. Legitimati per subsequens matrimonium J. C. parentibus suis indistinctè instar liberorum ab initio legitimè natorum etiam si soli sint succedunt *l. 5. C. d. Nat. Lib.* aliàs autem cum naturalibus & legitimis simul *l. Si te parens 5. C. d. Su. & Leg.* Legitimati per Rescriptum Principis aut Curia oblationem non nisi cum soli sunt succedunt *N. 74. c. 1. & 2. N. 89. c. 3. & 9. l. communium 9. C. d. Natur. lib.* Legitimi tantum si tempore mortis in familiâ reperiuntur unâ cum cæteris succedunt *§. 2. j. d. Her. qu. ab Intest. l. cum in adoptivis 10. §. 1. C. d. Adop.* si in familia Adoptantis per emancipationem esse desierunt diversimodè succedunt. Adoptati ab Extraneo per Emancipationem jus filiationis cum jure Successionis pariter amittunt. *§. minus 11. j. d. Her. q. ab int.* Adoptati vero ex Ascendentium numero patri adoptivo succedunt *§. at hi qu. 10. j. eod.* quamvis non ad eò adoptionis quàm repræsentationis jure. Arrogati verò quartam partem bonorum ex Rescripto Divi Pij petere possunt. *l. 8. §. 15. π. d. Inoff. Test. l. ult. π. Si quid in fraud. Cred.* Liberi naturales tantum matri semper, etiam Illustri ex SC. Orficiano *l. 5.*

l. 5. §. 1. t. π. Unde Cognati N. 118. c. 1. §. 3. j. d. SC. Orf. l. 5. C. eod. Patri tantum deficientibus liberis legitimis, non etiam proavo aut avo succedunt sed ab horum successione omnino arcentur l. fin. C. d. Nat. Lib. quia nec de domo & familia Patris sunt, nec arma aut insignia familiae gestant. Succedunt autem patri hoc modo in duas duntaxat uncias cum matre concubinam aequaliter dividendas N. 118. c. 5. Spurii a Successione patris arcentur, matri ut legitimi succedunt. §. 4. j. d. Succ. Cogn. l. 2. 4. π. Unde Cogn: Si modo non sit illustris & liberos habeat legitimos l. Si quae illustris. 5. C. Ad SC. Orf. Adulterini qui sunt vel nefarii vel incestuosi ad hereditatem prorsus pervenire nequeunt N. 74. c. ult. N. 89. c. ult. Auth. ex complexu C. d. incest. Nupt:

V. Quoad primum hunc Successionis ordinem aliter in Codice Theodosiano ante Justinianum & aliter quoque post Justinianum moribus atque Legibus est constitutum. Legis 4. C. Tb. d. Legitimis Hereditatibus verba sunt: *Si defunctus cujuscunque, sexus aut numeri reliquerit filios & ex filia defuncta cujuscunque, sexus aut numeri Nepotes, ejus partis, quam defuncti filia superstes patri inter fratres suos fuisset habitura, duas partes consequuntur Nepotes ex eadem filia, tertia pars fratribus sororibusque, ejus quae defuncta est i. e. filiis filiabusque, ejus de cujus bonis agitur, avunculis scilicet sive materteris eorum quorum commodo Legem sancimus, accrescat. Quod si hic defunctus de cujus bonis loquimur, habebit ex filia nepotes, sed praeterea filios non habebit, sed qui praeferrari nepotibus possint, habebit agnatos, in quandam Falcidiam, & in dodrantem neptes jure succedant. Haec eadem quae de avi materni bonis constituimus de aviae maternae sive paternae simili aequitate sancimus. Nisi forte avia elogia inurenda impiis Nepotibus justam semotis ratione monstraverit. Non solum autem si intestatus avus aviaque defecerit, haec de Nepotibus quae sancimus jura servamus, sed etsi avus vel avia quibus hujusmodi Nepotes erant, testati obierint, & praetierint Nepotes aut exheredarint eosdem & de injusto avorum Testamento, & si quae filia poterant vel de re vel de lite competere actiones, Nepotibus deferemus secundum justum nostrae Legis modum, quae de parentum inofficiosis Testamentis competunt filiis. Haec Lex in l. si defunctus 9. C. d. Su. & Leg. a Triboniano mutilata est, deleta parte, quae est de Quartam Agnatorum, quam sustulit l. f. C. eod. mentio fit quoque h. l. in §. 15. 16. j. d. Her. qu. ab. Intest. def. De Legitimis & naturalibus disponit 4. T. 2. l. 2.*

Wisi-

Wisigothorum: In hereditate illius qui moritur, si intestatus deces-
 serit, filii primi sunt, si filii desunt Nepotibus debetur hereditas, si nec
 Nepotes fuerint, pronepotes ad hereditatem vocentur. Jure Feudali
 regulariter Successio ab Intestatō locum habet 1. Feud. 8. 2. Feud. 11.
 ita ut liberi æqualiter quoad bona feudalia & in capita c. un. §. Quia
 vidimus 1. F. 1. c. un. pr. 1. F. 8. sexus tantum masculini succedant. 1. F. 1.
 2. F. c. un. 1. F. 13. vers. eo mortuo. & 2. F. 34. Jure Saxonico & Prutenico
 liberi in allodialibus sine sexus discrimine S&R. Lib. 1. a. 3. a. 24. §. 27.
 P&R. L. 5. T. 12. a. 1. §. 3. 4. in Feudalibus vero servatā sexus differen-
 tia succedunt S&R. Lib. 2. a. 58. P&R. L. 7. T. 2. A. 1. §. 5. De naturalibus tantum disponit lib. 2.
 Lex. 2. Longobard: Si quis dereliquerit filium legitimum unum, &
 filios naturales unum aut plures: filius legitimus tollat duas portio-
 nes de patris substantia, naturales verò tertiam. Et si sint duo legiti-
 mi, habeant quatuor partes, naturales quintam partem, quanti-
 cunq; fuerint. Et si tres fuerint legitimi, habeant naturales septimam
 partem. Si quatuor fuerint legitimi, habeant naturales nonam
 partem. Si quinque fuerint legitimi, habeant naturales duodecimam
 partem. Si sex fuerint legitimi habeant naturales tertiam decimam
 partem si septem fuerint legitimi habeant naturales quintam deci-
 mam partem. Si autem plures fuerint per hunc numerum patris divi-
 dant substantiam. Jure Saxonico & Prutenico naturales legitimati
 per subsequens matrimonium æquales redduntur legitimis liberis seu
 legitimè natis c. tanta X. Qui fil. s. Leg. S&R. L. 1. a. 37. S&R.
 Recht c. 2. in Pr. P&R. L. 5. T. 12. A. 1. §. 9. hoc verò secundum Jus
 Provinciale locum habet tantum in allodialibus non in feudis P&R.
 lib. 7. T. 2. §. 10. verb: daß solche Kinder so durch nachgehende Ehe le-
 gitimiret der Ehen nicht sollen fähig seyn/ und daß der text: in cap. uni-
 co si de feudo defuncti sit contentio inter Dominum & Agnatos Va-
 salli § naturales schlecht und recht prout jacet solln angenommen und
 verstanden werden/ ibi: naturales filii licet postea fiant legitimi ad suc-
 cessionem feudi nec soli nec cum aliis admittuntur. De Adoptivis ita
 se habet Lex unica lib. 2. Tit. 16. Longobardorum: Qui filium legi-
 timum non habuerit, & alium quemlibet heredem sibi facere volue-
 rit, coram Comite, vel coram Rege & Scabinis, vel misso dominico qui
 tunc ad justitiam faciendam in provincia fuerint ordinati traditio-
 nem faciat. Jure Feudali & Prutenico hæc successio sanguini debe-
 tur, ideo ad eam adoptivi non admittuntur 2. T. 26. §. adoptivus
 P&R.

P.D. L. 5. T. 12. a. 1. §. 1. verbis So dem Verstorbenen am nächsten
 der natürlichen Verwandniß und Geburt nach zugehan. *Nec de Jure*
Saxonico nisi coram Judice & apud Acta adoptio fuerit celebrata
S.D. L. 2. a. 30. Naturales ita non legitimati de *Jure Feudali Saxo-*
nico ac Prutenico pariter ac Spurii & adulterini à Successione arcentur
2. F. 26. §. naturales. S.D. L. 1. a. 28. §. a. 51. Lehnsrecht c. 2. pr. P.D.
D. L. T. §. A. §. 10. Misericordia tamen motus Pontifex Clemens III.
 alimenta eis pro modò facultatum decrevit *in c. cum haberet 5. in fin.*
De eo qu. dux. in matr. quam p. per adult. Quæ dispositio in *Camera*
& Saxonia observatur nec non in *Prussia D. L. T. A. & §. verb.* doch
 mag Ihnen auß Barmherzigkeit und Mütterlichen Mitleiden zu ihrer
 Leibes Nahrung etwas gefolget/ und alimenta zu ihrer Erhaltung gerei-
 chet werden. *Incestuosos non esse legitimos heredes sed infames dicit*
Capitul. Caroli & Ludovici Impp. Lib. 6. T. 308. in Codice Legum
Antiq. Fr. Lindenbrogi.

VI. *Secundus ordo est Ascendentium* seu parentum, qui omnes
 alios remotiores excludunt in lineâ eâdem Ascendentes, excludunt
 etiam omnes qui ex transversò veniunt cognatos præter fratres &
 sorores defuncti eorumq; liberos. Pater & Mater simul succe-
 dunt filio filiavè defunctis: neq; hodie pater amplius excludit Ma-
 trem, ut fiebat ante *Novellas l. 2. §. objicitur π. Ad SC. Tertull. l. 10.*
π. d. Suis & Leg. §. pater vero. J. d. SC. Tertull. qui textus correcti
 sunt per *N. 118. c. 2.* Nec distingvimus unde bona pervenerint ad
 defunctum. Quare etiamsi bona defuncto obtigerint ab Ascendente
 remotiore, nihilominus Ascendens, qui defuncto propior est, in his
 quoq; bonis succedit exclusis remotioribus *Andr. Fachin. lib. 6. con-*
trouv. jur. c. 4. Rittersh. p. 7. c. 10. Si cum parentibus defuncti fra-
 tres & sorores concurrant, tum tot sunt partes faciendæ, quot ex pa-
 rentibus & defuncti fratribus vel fororibus inveniuntur personæ *N. 118.*
c. 2. ibi: dividenda quippe inter eos hereditate. Si vero Ascendentium
 primi gradus concursus fit cum liberis præmortuorum fratrum utrinq;
 conjunctorum: hoc casu divisio quoad parentes fit in capita quoad
 fratrum vero liberos, in stirpes *N. 127 c. 1.* quia filii repræsantant su-
 orum parentum personas, & in ipsorum locum intrant: proindeq;
 non plus neq; minus capient, quam illi habituri essent si viverent. Si
 Ascendentes primi gradus concurrant cum liberis præmortuorum
 fratrum utrinq; conjunctorum Nepotibus aut aliis ulterioribus tunc

B

pater

pater & mater hos excludunt. Repræsentatio siquidem locum tantum habet in fratrum filiis, non etiam in ulterioribus *Forster. l. 7. d. Succ: c. 6. in secundâ conclusione n. 3. & seqq.* Si Ascendentes primi gradus concurrant cum fratribus ex uno tantum parente conjunctis consanguineis vel Consobrinis, tum ipsi his præferuntur *Auth. defuncto & ibi communiter Dd. C. Ad SC. Tertull.* Si Ascendentes secundi vel tertii gradus extent soli siquidem in gradu dispari, tunc prærogativa locum habet: ut scil: gradu propior excludat remotiorem, si autem gradu sint pares? tunc unus semis hereditatis cedit parentibus lineæ paternæ, alter semis parentibus lineæ maternæ dividendus inter ipsos. Si Ascendentes secundi aut tertii gradus concurrant cum fratribus defuncti utrinq; conjunctis simul admittuntur ad successionem in capita. Si concurrant cum fratribus ex altero tantum parente conjunctis tunc hos excludunt ipsisq; præferuntur. Si Ascendentes secundi vel tertii gradus concurrant cum ulterioribus collateralibus, Ascendentes quidem succedunt in capita, sed fratrum filii succedunt in stirpes. Si Ascendentes secundi vel tertii gradus concurrant cum fratribus & fratrum præmortuorum filiis: ascendentes quidem & fratres in capita succedent, sed fratrum filii in stirpes *N. 127. cap. 1.* quâ de re plures regulas distincte proponit *Rittersh. in Exposit: method: Novellarum d. p. 7. c. 10* Has regulas confirmat *Lex 2. Wisigothorum d. Lib. 4. Tit: verb: Si vero qui moritur nec filios nec nepotes seu patrem vel matrem relinquit, tunc avus & avia hereditatem sibimet vindicabit. nec non l. 6. eod. cujus verba: Quoties qui moritur, si avum paternum & maternum relinquat, tam ad avum paternum quàm ad avum maternum hereditas mortui universa pertinebat, si autem qui moritur avum paternum & aviam maternam reliquerit, æquales capiant portiones. Ita quoq; erit, si avum maternum & paternam aviam, qui moritur, relinquere videatur. Et hæc quidem æquitas portionis de illis rebus erit, quas mortuus conquiritur, de illis vero rebus quæ ab avis vel parentibus habuit, ad avos directâ lineâ revocabitur hereditas mortui. Jure Feudali tam communi quàm Saxonico & Prutenico Ascendentium nulla est Successio, nam qui Feudum accipit sibi & Liberis suis non etiam parentibus suis prospicere præsumitur, & Dominus tantum acquirenti & ejus descenditibus non Ascendentibus feudum dedisse intelligitur *c. un. 2. F. 50. c. un. §. 1. 1. F. 1. & c. un. 2. F. 84. SæhenR. 5. 6. & c. 21. in fin: & veres**

vererbet niemand sein Leben an einen andern als der Vater auff den Sohn *P.R. L. 7. T. 7. §. 1. verb:* denn welche in auffsteigender Linie sind/ mögen in den Leben ihre Söhne oder Enckel/ nach Vermög der LebenRecht und Gebrauch/ nicht erben. Sed in bonis allodialibus tum de Jure Saxonico tum Prutenico succedunt *S.R. Lib. 1. a. 17. §. 1. L. 5. T. 12. A. 2. §. 1. & seqq.* ita ut neq; impudice vivens mater hoc jus amittat *S.R. L. 1. a. 5. ubi dicitur:* das Weib verleiuret durch ihre Unkeuschheit ihre Ehre/ aber nicht ihr Erbe.

VII. *Tertius* ordo est Collateralium quoties neq; Descendentes neq; Ascendentes reperiuntur, in quò fratres germani præferuntur aliis fratribus ex uno tantum parente conjunctis *N. 84. c. 1. duplex enim vinculum quod est in fratrum utrinq; conjunctorum filiis firmius est uno ac simplici; fratres itaq; germani æqualiter succedunt defuncto si soli sint: & cum ipsis vocantur filii fratrum ejusdem generis, si extent, qui in stirpes succedunt. Si ab altera parte fratres consanguinei ab altera fratres uterini concurrant utriq; pariter admittuntur ad bona aliundè quæ sita, in bona quæ defuncto à patre communi obvenerant succedunt germani, à quorum participatione excludunt uterinos, in bona vero quæ à matre convenerant defuncto succedunt soli uterini, exclusis ab eorum communione consanguineis l. 13. §. 2. C. d. Legit. Hered. H. Donell. l. 9. Comm. c. 4. Hottom. ad fin. tit. d. Legitim. Agn. Succ. n. 6. Cujac. in parat. C. d. Legit. Hered. Dissentit Andr. Fachin. Lib. 6. controuv. jur. c. 5. cui calculum suum addere videtur Rittersb. d. tr. d. c. 13. in fin. n. 9. Si filii fratrum concurrant cum Nepotibus fratrum, tunc illi hos excludunt, etiamsi filius sit fratris ejus qui unâ tantum ex parte contingebat defunctum, & nepos sit ex fratre utrinq; conjuncto. Si defuncto neq; germani neq; uterini fratres vel sorores sint, neq; fratrum vel sororum liberi, tunc succedunt propinqui gradu proximi, qui remotiores excludunt. Hæc omnia ferè etiam in Legibus Wisigothorum approbantur sic ait lex §. d. 1. Qui fratres tantummodo & sorores relinquit, in ejus hereditate fratres & sorores æqualiter succedant: si tamen unius patris & matris filii esse videantur: Nam si de aliò patre vel de aliâ matre, aliis esse noscuntur, unusquisq; fratris sui aut sororis qui ex uno patre aut ex una matre sunt geniti sequantur hereditatem. Filii tamen qui ex diversis patribus & una matre sunt geniti sequantur hereditatem. Filii tamen qui ex diversis patribus & una matre sunt geniti, ad acci-*

B 2

pien-

piendam maternam facultatem equali successione deveniant. Simi-
liter quibus hi qui de diversis matribus & uno patre oriuntur divisionis
ordinem teneant item l. 5. d. t. Qui moritur si fratres aut sorores
non reliquerit, & filios fratrum & sororum reliquerit: si ex uno fra-
tre sit unus filius & ex alio fratre vel sorore forsitan plures, omnem
hereditatem defuncti capiant, & equaliter per capita dividant por-
tiones. Jure Feudali non semper fratribus datur Successio præcipue
in Feudo novo, in quo Vasallo; sine masculo decedente feudum non
ad fratrem pertinet sed ad Dominum revertitur c. 1. §. cum vero 2. 1.
F. 1. c. un. 1. F. 20. c. un. 2. F. 11. Et in antiquo vel paterno feudo etiam
frater non ut frater succedit, sed quia agnatus proximus est & à primo
acquirente descendit 2. F. 11. Jure Saxonico eadem fratrum & Soro-
rum obtinet successio, ut videlicet fratres germani æqualiter succedant
in capita *GR Lib. 2. a. 20. & L. 1. a. 27.* si soli sint si non & fra-
tres atq; sorores unilaterales in allodialibus excludantur, in feudalibus
vero uterinos tantum: quia & hoc jure agnationis & cognationis
differentia locum habet *SehenR. c. 2. it. c. 6. & c. 32. in pr.* Idem
servat Jus Prutenicum Provinciale l. 5. T. 12. a. 3. §. 1. & seqq. Lib. 7.
Tit. 2. §. 1. & 2. His singulis deficientibus reliqui Collaterales secun-
dum gradus prærogativam vocantur *WR. d. L. T. & A. §. fin.*

VIII. Gradus à similitudine scalarum locorumq; proclivium
quos ita ingredi mur, ut non statim ab infimo gradu ad supremum sed
à proximo in proximum, ita etiam in cognatione gradus intervallis
generationum certi constituuntur, nec est gradus quicquam aliud
quam generatio quo in sensu hac voce usi sunt Svetonius in *Caligula*
& *Galba*: nec non Ovid: *apud quem Ulysses lib. Metomorph. 13.*

Esse Jovis pronepos, nostri quoq; sanguinis author

Jupiter est, totidemq; gradus distamus ab illo.

Et *lib. Fast. 2.*

Sic Venerem gradibus multis in gente receptam.

Plane cum aliquem distare à Nobis dicimus primo secundo vel tertio
gradu, perinde est ac si diceremus primam secundam vel tertiam generatione
cum distare. Eorum ob aliam atq; aliam causam alteram *legum* alte-
ram *canonum* fieri computationem pleriq; statuunt, In *Legibus* enim
ob nihil aliud graduum mentionem factam esse, nisi propter heredi-
tates & successiones: in *canonibus* vero, ut aperte monstretur, usq;
ad quotam generationem à Consanguineorum nuptiis sit abstinend-
dum.

dum. Hac ergo de causâ quia hereditates non possunt deferri nisi de una ad alteram personam, idcirco *civilis Imperatoria Majestas* curavit in singulis personis singulos perficere gradus; quia vero Nuptiæ sine duabus non possunt fieri personis, ideo *canones* duas in uno gradu constituerunt personas, sicq; *duplex arbor consanguinitatis* seu *graduum computatio* instituitur *Cæsarea* seu *civilis* quam jus Civile & *Pontificia* seu *Canonica* quam *canones* introduxerunt. In *Civili* inter duos de quibus agitur ut heredem & defunctum vel Sponsos propinquitas spectatur, in *canonica* repetitur origo; *Jus Civile* in linea tam recta quam obliqua æquali & inæquali singulis in personis vel potius generationibus singulos gradus præfigit: *Canononicum* vero in linea transversa (siquidem in rectâ inter Ascendentes & Descendentes Nuptiæ in infinitum sunt prohibitæ) duas in uno gradu *uti dictum* constituit personas & sic ex duobus gradibus unum aut ex quatuor duos efficit *Francisc. Munnoz. de Escobar in tr. de ratiocin. ad ministr. computat. 23. n. 2.* *Civilis* computationis usus in terris Ecclesiæ hoc est quæ subsunt temporali JCTioni Papæ & Imperii in Successionibus testimoniis exceptione Recusationis & tutelis. *Canonice* vero in matrimonialibus quanquam ratio inepta sit quâ Innocentius III. Pontifex *c. non debet pen. d. Consang. & S. d. fin.* nuptias intra quartum Consanguinitatis gradum prohibet, quia nim: quatuor sunt humores in corpore qui ex quatuor constant elementis; aut quia sex ætatibus mundi generatio & hominis status finitur, ideo etiam propinquitas generis tot gradibus terminanda *c. un. d. c. 35. q. 4. August. 15. C. D. 16.* Beza hanc falsitatem ostendit in *libello de Repudiis & divortis*. Ridet quoq; hanc computationem Hottom: in *disput. Jur. Civ. de gradib. Cognat. c. 3.* & in ipsa computatione vestigia Veterum JCTorum legit, ideo *d. tr. c. 1. ait esse parentes in Ascendenti linea ad tritavum l. ult. d. grad. cæteri inquit superiores* quia non habent speciale nomen & proprium, generalem appellationem retinent & vocantur *Majores l. 4. D. d. in jus voc.* Nam hoc quoq; majorum nomine comprehenduntur parentes pater avus tritavus, & à *Cicerone* propria significatione utrumq; nomen est usurpatum. Quorum *ait* parentes aut majores in aliquâ gloria præstiterunt, eorum pleriq; in hoc genere laudis excellere Alibi vero *generali*: Ego majoribus meis Virtute mea præluxi, ut si prius noti non fuerunt à me accipiant initium memoriæ suæ. *l. 35. D. d. min. l. 36. d. Bon. Lib. l. 16. d. Interd. & Releg.* liberi vero geniti dispositi sunt in inferiori linea ad trinepotem usq; *d. l. ult.*

l. 220. d. V. S. Cæteri generale nomen retinent & proprie vocantur posterii *l. 13 d. mun. & honor.* Cic. in *Phili. p. IX.* Pansa Cos. locum sepulchro adsignat, quò Servius Sulpitius inferatur, quod sepulchrum ipsius liberorum, posterorumq; ejus sit. *Generaliter*, verò ab Ulpiano *l. 10. d. Relig. & Sumptibus.* Si Venditor fundi receperit sepulchrum ad hoc ut ipse posteriq; ejus eò inferrentur & *l. 1. §. 1. D. d. jur. Immun.* Immunitates datæ generi & posteris ad eos qui ex faminis nati sunt, non pertinent, itemq; à Modestino *l. 4. eod. tit.* In enumeratione verò graduum hæc Regula observanda: Quoties quæritur quotò gradu quæq; persona sit, ab eò est incipiendum de cujus cognatione quæritur, etsi ex inferioribus vel superioribus gradibus est, recta linea sursum vel deorsum tendendo, facile inveniemus gradus: si per singulos gradus proximum quemq; numeremus, nam qui mihi à proximo gradu proximus est, is secundo gradu est Mihi, & similiter accendentibus singulis crescit numerus *d. l. ult. §. 3. d. grad.* Quot sunt generationes tot sunt gradus *§. 7. j. d. grad. Cogn. Borcholt in tr. d. grad. in pr.* quia in gradibus Cognationis natura potissimum inspicitur & proinde etiam generatio utpote naturalis. In *linea Collaterali seu limite transverso* si quis volet propinquum adsequi, non recta semper progrediendum, sed ad eam Personam est perveniendum quæ est utriq; propinquitatis commune principium: atq; inde per obliquum & transversum gradatim supputando omnes generationes, ad eum descendendum est *v. g. Titius querit quotò gradu à fratre distet, primum recta ascendere debet ad eum usq; qui causa & origo cognationis est, & utrumq; genuit, nempe patrem qui Filium genuit est una generatio & per consequens unus gradus: deinde cum idem ipse pater fratrem genuerit hæc due generationes duobus à Filio gradibus fratrem separant,* quia generata persona semper adjicit gradum: Neq; admitti potest, tot esse gradus quot sunt personæ, generatio enim duabus constat personis unâ generante, alterâ generata, sunt & duo parentes, & avos quis duos totidemq; avias habere potest, ut quatuor sint personæ & duo tantum sunt gradus. Quoad gradus affinitatis, divorcium sententiarum esse videtur inter Paulum & Modestinum. Paulus dicit esse gradus *l. 10. in pr. π. d. grad.* Modestinus negat *l. non facile 4. §. gradus 5. π. d. grad.* quia gradus est generationis numeratio, ad fines vero non generantur, ideoq; proprie loquendo nulli sunt gradus affinitatis, de quibus utpote nullum in Successionis materia usum habentibus nil quicquam adjicimus.

IX. Suc-

IX. Successione *Liberorum parentum ac cognatorum* deficientem sequitur *Successio mariti & uxoris* ex Edicto perpetuo *l. 1. π. C. 7. & Th. Unde Vir & Uxor*. Dummodo justum fuerit matrimonium & ad finem usque vitæ duraverit. Sunt igitur melioris conditionis *conjuges* quàm *affines*, hi namque non succedunt affinitatis ratione, neque deficientibus omnibus Cognatis Fiscum excludunt, nulla datur *B. P. Unde Affines*, sed datur *B. P. Unde Vir & Uxor*. Conjuges autem non sunt sibi ipsi affines sed affinitatis principium *l. 4. π. d. grad.* In *Feudis* hæc successio ut in alienam transeant incognita est secus verò in *allodialibus Jur. Sax. & Prut. S. R. L. 1. a. 5. & 24. P. R. L. 5. T. 12. a. 5. §. 1. & seqq.* Deficientibus omnibus istis personis, ne quis sine herede moriatur hereditatem defuncti Respub. seu Fiscus occupat *l. 1. π. d. Succ. Edict. l. 1. & 4. C. d. Bon. vacant.* ad quem vacantia bona cum onere & commodo transeunt *l. Si Servus §. si quis π. d. Leg. 1. l. Fiscus 7. & l. 11. π. d. Jur. Fisc.* si modo intra quadriennium ista bona agnoverit alias præscriptione submovebitur *l. 1. §. 2. π. d. Jur. Fisc.* Item si non exclusus fuerit ab Ecclesia vel monasterio nam cum quis moritur qui se Ecclesie vel monasterio devovit, tunc Ecclesia vel monasterium excluso Fisco succedit *l. si quis presbyter 20. C. d. S. S. Eccl. c. 1. & 2. π. d. Succ. ab Intest.* Si saltem defunctus non fuerit peregrinus hujus enim bona in pios usus ab Episcopo erogantur *Auth. omnes peregrini C. Comm. d. Succ.* vel Studiosus aut Doctor in Academia, cui succedit Academia *Angel. in l. 2. C. d. Bon. vac. Cothman. in Comp. j. d. Succ. ab Intestat.* Jure *Feudali communi Saxonico & Prutenico* deficiente legitimo herede aut simultanee investito Feudum non ad Fiscum sed ad Dominum pertinet *c. un. 1. Feud. 13. vers. Etsi Clientulus. S. R. L. c. 6. P. R. L. 7. T. 2. §. 1.* Sed in *allodialibus* jus confiscandi in hoc casu nequaquam cesat *S. R. L. 1. a. 28.*

X. *Primum* acquirendi modum ex Testamento vel ab Intestato excipit *secundus* Bonorum Possessio introducta à Pratore *Fachin. 13. contr. 34.* Juris Civilis emendandi vel supplendi gratiâ in Bonorum Possessione unde Liberi, unde Cognati secundum tabulas posthumo alieno herede instituto &c. vel etiam corrigendi i. e. rescindendi in bonorum possessione secundum tabulas & unde Legitimi. Apparet igitur etiam post emendatum jus Successoris per Novellas adhuc bonorum possessiones utiles esse, cum & iis competant qui Jure Civili ad hereditatem vocantur. In omnibus enim hereditatis loco habetur hereditatisq; appellatione continetur *l. 138. π. d. V. S.* & quanquam ipso jure

jure & immediatè heredem & Dominum facere nequeat *pr. j. d. B. P.* tamen mediatè petita & acceptà Bonorum possessione idem jus tribuit, ac idem dominium largitur admisa jure Prætorio, quod adita hereditas Jure Civili tribuit ipso jure & immediatè. Datur vero Bonorum possessio alia ex *Edicto* Prætoris sine causæ cognitione de plano: alia ex *Decreto* cum causæ cognitione prò tribunali *l. 2. §. 1. π.* *Qu. ord. in B. P. l. 3. §. 8. d. B. P.* *Edictalis* est vel *ordinaria* quæ ex certâ *Edicti* parte certo quæ ordine defertur *l. 1. π. Quis ord. in B. P.* tam ex Testamento ut secundum & contra tabulas quàm ab Intestato, vel *extraordinaria* quæ ex novis Legibus, Senatusconsultis, Constitutionibus Principum vel ex Testamento vel ab Intestato extra ordinem quasi ultimum & extraordinarium remedium datur *§. 3. j. d. B. P.* veluti *Carboniana*, quâ filio impuberi cui status quæstio movetur consulitur & perinde bonorum possessio datur, ac si lis mota non fuisset *judicio in tempus pubertatis delato l. 1. §. 1. π. C. j. Th. & βασιλ. d. Carb. Edict.* *Ventris nomine* data mulieri prægnanti in bonis mariti donec enixa sit vel omninò constet eâ gravidam esse *t. d. Vent. in poss. mitt. §. litis ordinanda vel preparanda* causa data filio emancipato exheredato vel præterito ad consequendam facultatem intentandi querelam inofficiosi ad quam aliàs emancipatus ex *L. XII. Tabb.* non admittebatur *l. 6. §. ult. l. 8. pr. π. d. inoffic. Testam.* Secundum excipit tertius *Arrogatio* moribus & Consuetudini originem debens *pr. j. d. Acq. p. arr.* Acquirat autem arrogator per arrogationem omnium bonorum arrogati *Usufr.* quamdiu vivit; mortuo verò eò personis arrogatorem, excludentibus, deficientibus, etiam dominium & proprietatem *§. 1. & 2. j. d. t. l. fin. C. Comm. d. Succ. hunc* sequitur quartus *Addictio* Bonorum Libertatum conservandarum causa quâ dominium bonorum defuncti qui solvendo non est, transfertur in eum, qui cavet, se debita defuncti exsolviturum esse in solidum, ut libertates à defuncto sive in Testamento, sive aliâ ultimâ Voluntate sive etiam inter vivos datæ conserventur *pr. j. d. eò cui libert. caus. bon. addic. Ludw. Ex. 10. §. penult. & ult.* Olim adhuc duo modi acquirendi per Universitatem erant *Bonorum Venditio* ut damnatorum & proscriptorum bona hastæ publicè subicerentur, & non rarò prò magna summâ autoritate eorum qui in Rep. pollebant alicui addicerentur; & *Senatus Consultum Claudianum* *Svet. in Vespas. c. 11.* Ille verò modus ab usu recessit *pr. j. d. Succ. subl. qu. sieb. per bon. vend.* & hic tanquam miserabilis & luctuosus sublatus *l. un. C. d. SC. Claud. toll.*

—(0)—

Kc 3004

ULB Halle

3

003 757 714




Bitte nach Ausleihe an
Frau Richter. 1
Sammelbd. ? oder
Inhaltliche Werte ?

von 125



13



N. J.
 TATIO XIII.
ETARUM
SIUM
RTI & CON-
VERSI
 itat: quæ ab intest. def.
 t: d. Succ. sublat: iisque
 iust: Theod: βασιλικ.
 espondentibus.
Quam
ÆSIDE
E CHRISTO.
O Volk /
 D. & P. P.
ERASMI, Jun.
 tom. Prusf.
ONDENS
 cè defendet
ORIO MAJORI
 lcc. LXXXI.

OMONTI.
EUSNERIANO.